

Curiosissimæ crant figuræ istæ Dom. Belleval, de quibus nunquàm audiui. Nomina habet specifica græca, uti Renealme \*. Icones magis nitidæ, quàm similes sunt.

Abiit demùm DD. Hasselquist \*\* ad Terram-Sanctam; utinàm redeat cum florâ Sacrà! sed iter ipsi difficillimum est. Hisce diebus, accepi ingentem copiam seminum à DD. Kalm, qui in Canadâ degit; redibit ille proximo vere, si faustum ipsi iter; adportabit novas plantas multas. Hisce diebus, exspectamus duos botanices alumnos, alterum è Jemliæ Alpius, alterum è Lapponiâ. Quorum

---

\* RENEALME (PAUL), médecin du dix-septième siècle, de qui on a le *Specimen Historiæ Plantarum*, avec figures, 1611, in-4o.

\*\* FREDERICUS HASSELQUIST, discipulus Linnæi, verbis incitatus magistri, qui de indagacionibus in Oriente et præsertim in Palestinâ, ad illustrandam *Script. Sac. Historiam naturalem*, instituendis frequenter et facundè disseruerat, hoc iter, etsi valetudo et pecuniæ viæ sufficiebant, suscepit; primò Smyrnam, Magnesium, Natoliam, montem Siphylum peragravit, dein Egyptum, Palestinam et Syriam, tùm Cyprum, Rhodum et Chium insulas, et deniquè Smyrnam; redux ibi, tabe pulmonum consumptus, die 7 Febr. 1752, trigesimum agens, occubuit. Quæ collecta scriptaque reliquerat, à creditoribus detenta, ægrè, nec nisi per munificam Regiæ opem, patriæ restitui potuère, et Linnæo, cujus operâ seriùs apparuit FR. HASSELQUIST, *Iter Palestinum*, *Ling. Suec.*, mox verò vers. in *Germ. Gall. et Angl.* (Adn. Ad. Juss., in *Act. præc.*, p. 206.)